



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno CCCCII. ad annum CCCCXXX.

Parisiis, 1644

IV. De commemoratione Nicaeni Concilii, in quo supradicta prohibentur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

clesiaisticum ordinem, vel ad ipsum sacerdotium venire tentauerit, vna cum ordinatoribus suis, ipso in quo inuenient fuerint ordine & honore priuentur. Et quamuis dilectioni vestrae, fratres carissimi, regulæ Nicænæ sint cognitæ, secundum quas ordines esse faciendo per sententiam decernitis: tamen aliquam partem, quæ de ordinationibus est prouisa, inserendam putaui, vt secundum eam ordinationes in posterum celebrandas esse sciamus, ne cui interpretandi aliter liberum arbitrium relinquantur. Ac primum, quæ sunt prohibita, digerantur.

IV.

Ne quispiam, qui post baptismum militauerit, ad ordinem debitum clericatus admitti, neque qui causas post acceptum baptismum egerint, aut qui post acceptā Dei gratiam administrauerint, neque de curialibus aliquem ad ecclesiaisticum ordinem venire posse, qui post baptismum vel coronati fuerint, vel sacerdotium (quod dicitur) sustinuerint, & editiones publicas celebrauerint. Nam & hoc de curialibus est cauendum, ne iidem, qui ex curialibus fuerint, aliquando a suis curiis, quod frequenter videmus accidere, poscantur. Quæ omnia rationabiliter prohibita, oportet modis omnibus custodiri.

V.

Quales vero eligendi sunt in ordine clericorum, eius-
dens forma declarat, id est, qui ab ineunte aetate baptiza-
ti fuerint, & lectorum officio sociati, vel si maiores sunt,
cum fuerint Dei gratiam consecuti, statim se ecclesiaisti-
cis ordinibus mancipauerint. Et si vxores habuerint, quæ-
rendum, si vxorem virginem habuerint: quia scriptum
est in veteri testamento: *Vxorem virginem accipiat sacerdos.* *Luit. 21.*
Et alibi: *Sacerdotes mei semel nubant.* Neque qui duas uxores
habuerit, quia Paulus apostolus ait: *Vnius uxoris virum.*

Nicænæ
Synodi
Can. ii.
vel 12.
Et in epist.
Innocentii
ad Viatri-
cium Ro-
thomagen-
fem, cap. ii.

Supra in
Decr. Siri-
ci ad Hu-
merium
Tarraco-
nens. cap. 9.

I. Tim. 3.
Tit. 1.

VI.

Nec illud debere admitti, quod aliquanti pro defen-
sione proui erroris opponunt & asserunt, quod ante ba-
ptismum omnia dimittuntur, non intelligentes huiusmo-
di, quod sola in baptismo peccata dimittuntur, non uxo-
rum numerus aboletur. Nam si *a Deo*, vt scriptum est, *Pro. 19.*
præparatur viro uxor, & quod Dens iunxit, homo non separat, *Matth. 19.*
& ipsi auctores generis humani in origine a Deo bene-

Concil. Tom. 4.

G ij

Supra in e-
pit. Inno-
centii ad
Rufum &
Eusebium
&c. cap. 1.